



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

XVIII. De perjurio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

500 RHABANI EPISTOLA  
» xerit continentiae, absolutionis vel districtio-  
» nis tribuat legem.

*De perjurio.*

C A P. XVIII.

Perjurium in lege divina omnino prohibetur, dicente legislatore: *Non assumas nomen Domini Dei tui in vanum. Non enim infontem habebit eum Dominus qui assumpserit nomen Dei sui frustra.* Unde ipsa veritas dicit in evangelio: *Nolite jurare omnino, neque per caelum, neque per terram, &c.* Hinc & in canone scriptum est: *Quicumque verò sciens se perjuraverit, annos septem se poenitentia subdat, & ita deinceps ad communionem revertatur.*

Regino lib. 2.  
c. 324.

Item Ecbertus Anglorum Episcopus diffinit  
» ita dicens: Qui juramentum in Ecclesia fece-  
» rit, aut in evangelio, sive in reliquiis sancto-  
» rum, septem annos. Alij judicant undecim.  
» Si verò in manu Episcopi aut Presbyteri vel  
» Diaconi, seu in cruce posita consecrata, unum  
» annum poeniteat. Alij septem annos judicant.  
» Et in cruce non consecrata, unum annum poe-  
» niteat; vel septem menses, ut alij judicant.  
» Qui autem seductus ignorans, & postea cog-  
» noscit, unum annum vel tres quadragesimas  
» poeniteat. Si quis coactus, pro qualibet neces-  
» sitate, tres quadragesimas. Alij annos tres;  
» unum ex his in pane & aqua, ut alij judicant.  
» Item perjurium, tres annos poeniteat. Qui sus-  
» picatur quòd perjurus in juramentum ducitur,  
» sed tamen per consensum jurat, duos annos  
» poeniteat.

Regino lib.  
2. c. 331. &  
seq.

Regino lib.  
2. c. 332.

Regino lib.  
2. c. 326.